Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tres uenit ierusolimā uidere petrū: et mansit apud eū qndecim
diebus. Alīū aūt apostolorū uidit neminē: iacobū fratrem dm. Quae
aūt scribo uobis: ecce coram deo quia non mentior. ℣ Matthm
In illo t. Dixit symon petrus ad iesum. Ecce nos reliquimus
omnia: et secuti sumus te. Quid ergo erit nobis: Jesus aūt dixit ihs.
Amen dico uobis: qd uos qui secuti estis me in regeneratione cū sederit
filius hominis in sede maiestatis suae sedebitis et sup sedes duo
decim: iudicantes xij. tribus israel. Et omnis qui reliquerit domū. uel
fratres. aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut a
gros. ppter nomen meum: centuplum accipiet. et uitam eternam possidebit.
Processio et martiriam: Videbunt iusti cum. Sedente iesu
sup montem oliueti. In octa apl'or. Ad Galatas
Fratres. Deus personam hominis non accipit. Mihi enim qui ui
debantur esse aliquid nihil contulerunt: sed econtra cum uidissent
quod creditum est mihi euangelium praeputii sicut petro circumcisionis. qui enim
operatus est petro in apostolatu circumcisionis. operatus est et in me inter gen
tes. et cum cognouissent gratiam quae data est mihi. iacobus et cephas
et iohannes qui uidebantur columpne esse: dexteras dederunt mihi et
barnabe societatis. ut nos in gentes. ipsi aūt in circumcisionem: tantum
ut pauperum memores essemus. Quod et ipsum solicitus fui hoc ipsum
facere: in xpo iesu domino nro. ℣ Matthm
In illo t. Jussit iesus discipulos suos ascendere in nauicula et prae
dire eum transfretum: donec dimitteret turbas. Et dimissa turba:
ascendit in montem solus orare. Vespere aūt facto: solus erat ibi. Na
uicula aūt in medio mari iactabatur fluctibus. Erat aūt contrarius
uentus. Quarta aūt uigilia noctis uenit ad eos: ambulans supra
mare. Et uidentes supra mare ambulantem: turbati sunt dicentes.
Quia fantasma est. Et pre timore clamauerunt. Statimque iesus
locutus est eis dicens. Habete fiduciam. Ego sum: nolite timere.
Respondens aūt petrus. dixit. Dne: si tu es. iube me uenire ad te
sup aquas. At ipse ait. Veni. Et descendens petrus de nauicula: